

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Positiones Historico-Philologicæ, Quas Consensu Incliti  
Philosophor. Ordinis Reg. Pomeranor. Academ. Gryphicæ**

**Träg°ard, Elias**

**Gryphiswaldiæ, [MDCCLXXII?]**

**VD18 13192965**

**Farbkarte**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-15756**

P  
HISTOR

CONSENSU  
REG. PO

Mag.

PHILOSOPHI

IN

PUBLICO

CLAUDI

L  
I

FarbKarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

CÆ,


DINIS

ard,

MO,

AN,





### Thef. I.

**S**ine historia sacra gentium mythologiæ & tota historia profana antiquior nullam habet lūcem, genuinam quippe rerum originem ignorat & saniori chronologia destituitur. Illa igitur omnis historiæ fundamentum merito habetur.

Primas totius universi origines historici, quos habemus, omnes profani vel alto prætereunt silentio, vel in opiniones incident aliam haud prodentes sapientiam, quam atheismum euinque crassissimum: De aeternitate, puta, mundi, ortu ejus per casum fortuitum & somnia his similia. Quam miras de hominum reliqurumque animalium prima progeneratione narrationes credere videatur DIODORUS SICULUS (a) & ante illum plurimi alii! Illos nimis pariter ac hæc primum in Ægypto, limo calore solis tepefacto, e terra esse prognatos. Hocque eo, quod cum muribus in ista regione ejus etiam tempore siebat, confirmari autumat. E theogoniis aliisque gentium fabulis sanum de hisce sensum nemo collegebit. HESIODUS (b) ultimæ antiquitatis auctor, quem in plurimis sequuntur reliqui omnes, de primis temporibus ac deorum suorum ortu tam perplexa & mirabilia loquitur, ut meras omni plane sensu carentes nugas proferre videatur, aut sane subtiliter adeo philosophatur, ut nec ipse semet nec illum alii capiant. Alibi deorum hominumque genus simul natum asserit (c). OVIDIUS (d) quæ con-

gessit,

(a) Biblioth. Hist. L. I. circ. init.

(b) In Theogonia.

(c) In Op. & Dies v. 108.

(d) in lib. metamorph.

